Quelle:
Copyright:

Cod. CCV.

Chartac: Fol: Sæc: 15.

2

4.7.

1

S. Augustini liber de conscientia.

1a-4a

Sancti Augustini liber de conscientia. Ori-
graphe sonat: "liber beati Augustini de
conscienciâ"; manus autem alia aliam ad-
didit inscriptionem, nempe: "dicitur qui-
dem beati bernhardi de conscienciâ, et ex
stilo illius tractatus videtur probabile."
Ast neutrius esse mox apparebit. Initium
operis est: "Domus hæc in qua habitamus,
ex omni parte sui ruinam nobis minatur."
Idem ergo est opusculum, quod extat inter
opera Hugonis a S. Victore /: Mogunt: Fol.
1617: / Tom: II. pag: 117. ubi librum tertium
de anima constituit, ac de interiori domo
inscribitur. Extat quoque inter opera S. Ber-
nardi /: Paris: Fol: 1719 curante Mabillonio: /
T. V. col: 348; sed a Mabillonio inter sup-
posititia rejectum, cui nec Bernardi nec
Hugonis, sed cujusdam monachi, Bernardo
æqualis esse videtur. Lium tamen et utilem
ait esse tractatum, licet absque ordine, et me-
thodo, ac maximam partem ex libro de cogni-
tione humanæ conditionis[a] sit compilatum.

(a) Extat in Codd: CXLII. n: 8 et CLXV. n: 4.

Nota Ne mutilum opus hoc suspiceris,
quia ea, quæ hic desiderantur, in ultimis
codicis hujus foliis invenies.